

entia id votum non tenuisse quoad non reddendum. Quia id non est in conjugum potestate. Rursum, quia illi conjuges non esse intendunt professionem emittente, alias ad nil tenerentur. De essentia quæm status religionis est perfecta, & integra tota. De essentia autem quæm status religionis est perfecta, & integra tota. De essentia quæm status religionis est perfecta, & integra tota.

2-2 q. 88. art. 8. ad fin. Et ex J. utrisque, Anton. cap. Placet. n. 6. de convers. conjug. Abbas c. 1. n. 6. Quidam, n. 4. c. Charrissimus, n. 2. eod. tit. Astenis sum. 2. p. 18. n. 10. art. 2. q. 3. Resol. Votum 2. n. 10. Quoad. Imped. imped. 11. init. Angel. Matrimon. 4. n. 6. Silvestri. Votum 4. q. 2. d. 4. c. Matr. 8. q. 12. h. 4. c. vob. Divortium q. 12. n. 15. Navo. sum. cap. 12. n. 60. sine. c. Quonia de voto q. 4. n. 18. Ant. Gomez. Bullam Cruciat. claus. 10. n. 67. Secunda conclusio. Hujusmodi votum est proflus irritum 26 quoad non reddendum debitum. Probatur, quia c. Quidam, c. cap. Placet, & de convers. conjug. clare significant id votum quoad hoc non tenuisse: cum cap. Quidam, reddat eam rationem, nempe, non reddere; non esse in potestate conjugis: quare solum obligant illum ad abstinendum a petitione, & ab alio matrimonio, & si cenenser obligare ad non reddendum, ubi id conjugii liceret, explicarent utriusque. Imo expresse id videtur decidere d. c. Quonia, ibi: Promisit se non exigere debitum, quod in eius potestate erat, ideo quoad hoc votum tenuit. Ubi clare colligitur ex his verbis non tenuisse quoad redditionis debiti negationem. Non obstat si dicatur, dicitur c. Placet, haberi id votum eatenus fuisse obligatorium, quatenus conjux potuit se obligare. Quia intelligitur quoad non petendum debitum: ut explicuit c. Quidam, & ita c. Placet, v. Usquequaque, explicat Glossa, non fuisse usquequaque obligatorium, quia remansit obligatio reddendi. Et quamvis poterit se obligare ad non reddendum, si alter conjux divortio causam dederit adulterium admittens. Cum tamen is casus sit rarus, ut ratione illius divortium, nec excogitans, non cenentur promissus seorundem; sed non reddere cadit sub illo voto per modum unius, cum sit regulariter malum, & contra justitiam, totum votum quoad illam partem est irritum. Nec est simile de voto castitatis ante matrimonium, emissio, vel post, ante illius consummationem animo ingrediendi religionem facta, Quia in eo eventu tota materia fuit licita, atque ideo votum fuit validum quoad omnimodam abstinentiam a redditione debiti: nec valorem amittit ex eo, quod post consummatum matr. ad eum casum deveniret, a quo restitit non potuit, ac subinde merito dixi n. 23, & disp. 6. n. 14. id votum obligare ad non reddendum, quous licitum id fuerit, in nostro autem casu est materia quoad non reddendum illicita. Atque ideo D. Bonav. Navar. Celata, Astenis, Palacios, Sotus nu. preed. allegati, sicut id votum intelligi, atque obligare solum ad non petendum, & non quoad non reddendum. Et melius id docent Caletanus, & Sotus, quorum doctrinam, & locum nu. seq. referam.

SUMMARIUM.

An liceat conjugii sine alterius licentia emittitæ votum simplex religionis, n. 32. Quid de voto suscipiendi ordinis sacri, 33. Quid de voto non inveniendi matrimonii, 34. Quid de voto continentie, obligando se ad omnes ejus effectus, 35.

Quid, de voto continentie, quod non petendum, vel non petendum. Refertur duplex sententia, n. 36. & 37. Veniale est exire votum non petendi regulariter. Et similiter votum continentie non explicando in mente obligationem, quando hec vota non emittuntur a senibus, & abique incontinentie periculo, 38.

32 Quesitio ultima, Num liceat conjugii sine alterius licentia voto se fringere simplici religionis, ordinis sacri suscipiendi, non inveniendi matrimonium, castitatis, aut non petendi debiti conjugalis? Circa votum religionis, si matr. nondum consummatum sit, constat posse illud emitti. Quia tunc invito altero conjuge licitus est transitus ad religionem. Si vero sit jam consummatum, constat simpliciter licere, si emittatur implendum tempore habili, ut soluto matr. Quia nihil officit alteri conjugi. Similiter constat esse culpam lethalem si sit animus constante matr. nec data justa causa divortii per adulterium, illud implere abque alterius conjugis licentia. Quia est dispositio de re aliena invito domino, ut præclare docent D. Augusti. epist. 45. ad Armentar. & refertur c. Unica 33. qu. 5. Si autem absolute emittatur nulla culpa. Quia intelligitur implendum tempore habili (ut probavimus n. 13.) atque ideo minime præjudicat.

33 Circa votum ordinis sacri suscipiendi, si fiat pro tunc implendum, constat esse mortale, nisi ante matrimonii consummationem, animo prostrandi, quo illud impletur, fiat. Quoniam alter impleri nequit abque gravi injuria ordinis, & alterius conjugis. Si autem absolute fiat, vacat culpa. Quia intelligitur, ut tempore habili impletur, ut dixi nu. præced. de voto religionis.

34 Si votum sit non inveniendi matrimonium, constat semper esse licitum. Quoniam non est in præjudicium presentis matrimonii. Circa continentie votum, si emittatur animo nec petendi, nec reddendi: certum est, crimen esse lethale, nisi fiat matrimonio nondum consummatum, atque animo transcendendi tunc ad religionem. Quoniam alter impleri nequit, & promittitur res, quæ culpa mortalis est contra justitiam. Atque ita tenet Jo. de Eriburgo sum. confessorum l. 1. r. 8. q. 44.

35 Major autem difficultas est, si id votum emittatur animo reddendi debiti, prout lex matrimonii obligat, abstinendi autem a petitione? Quodam sentent id votum esse licitum. Quia minime præjudicat alteri conjugi abque cuius licentia emittitur: votum enim res libera, & ad quam lex matrimonii minime alstringit, (ut probavimus n. 41.) Sic opinantur D. Bonav. 4. d. 32. art. 1. q. 1. n. 8. Asten. sum. 2. p. 18. r. 10. art. 2. qu. 3. Ricard. 4. d. 32. art. 2. q. 1. corp. Guill. Borrillong. ibi, qu. 1. art. 2. concl. 1. & videntur tenere Myronis 4. d. 38. qu. un. p. 1. concl. 2. & D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 19. §. 3. ubi dicunt posse unum conjugem abque alterius licentia votum non petere. Idem videntur tenere Sotus 4. d. 32. qu. 1. art. 3. p. 1. concl. vers. Utrum autem, ubi tantum appellat consilium, hæc votum non emittit. Idem clare tenent Navar. sum. c. 12. n. 60. Lud. Lop. 1. p. instr. c. 46. §. Votum conjugis, Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 243. n. 8. Vega 2. tom. sum. c. 129. casu 93. Quamvis enim limitent, nisi sit votum de non petendo, cum mos est gerendas alteri conjugi: ac vere non est limitatio. Quia ut probavi n. 21. tunc non est vere petere, sed reddere: ac proinde votum non petendi in eo eventu esset votum non reddendi, atque adeo manifeste illicitum.

36 Alii autem existimant votum non petendi emissum ab altero conjuge, abque alterius licentia, illicitum esse. Quoniam est onerosum alteri conjugi, maxime si sit vir qui id votum fecit, Præterea, quia exponitur incontinentie periculo is, qui votum. Cum enim in eodem lecho conjuges accubent, posse urgentem concupiscentiam facile votum infringi. Ita videntur sentire D. Thom. & alii, quos cum ipso retuli n. 18. afferentes id votum propter dictum onus a neutro conjuge abque alterius licentia emitti posse. Idem videtur sentire Durand. 4. d. 32. q. 2. art. 1. n. 5. & ibi Palud. qu. 2. art. 1. n. 14. ubi ajunt id votum esse illicitum, & tenent Vidor. sum. de matr. nu. 280. Enriq. l. 11. de matr. c. 15. n. 8. Petr. de Led. de matr. qu. 64. art. 4. dub. 1. concl. 4. Bart. a Led. de matr. disp. 71. fin. Et de viro id promittente censet idem Abuln. c. 30. Num. qu. 82. ubi dicit hoc votum non esse rationi conforme in viro, secus in uxore, & videtur sentire Gorjon 2. p. de regulis moralibus tr. de matr. alphab. 25. lit. I. ubi ait virum non tate votum non petere.

37 Sed dic, si hoc votum consideretur secundum se, licite emittitur, ut docet prior sententia relata n. 36. & aperte probat ejus ratio: idque voluit DD. illius. Si vero consideretur attentis circumstantiis periculi votantis, & oneris alterius conjugis, esse illicitum, ut sentit posterior opinio n. præced. relata. Erata sentit Palacios 4. d. 32. disp. 2. fol. 716. At existimo non excedere culpam venialem indifferenciam cuiusdam. Atque hoc significant Durand. & Palud. n. præced. citati, dum hoc votum appellant indifferenciam. Hinc fit cessantibus istis circumstantiis, quia conjuges sunt senes, & in neutro est incontinentie, aut tentationum periculum, nulla sit culpa. Quod bene docent Petr. de Led. & Bart. a Led. quos n. præced. retuli. Similiter fit effectus votum continentie absolute, ita ut votans non haberet animum non reddendi, sed hujus immemor promiserit castitatem: id votum accipiendum est de parte licita, videlicet, de non petendo, ut tradunt Astenis sum. 2. p.

18. r. 10. art. 2. q. 3. Jo. de Eribur. sum. confess. l. 1. r. 8. qu. 4. & tunc hic dicit non esse mortale, ille autem, esse licitum. Sed dicendum est omnino sicut de voto non petendi dictum est. Quoniam vere est non petendi, nec excludit redditionem, ut probavimus n. 26. & 27.

DISPUTATIO XXXVI.

Utrum vota simplicia castitatis, religionis, ordinis sacri suscipiendi, non contrahendi matr. ab altero conjuge de alterius licentia emissis sint valida, ac licita, utique conjugii, sive petendo, sive reddendo, interdicitur.

SUMMARIUM.

Num licentia illa conferat ad valorem voti religionis, ordinis sacri suscipiendi, abstinendi a matr. vel ad difficultatem irritationem, n. 1. Votum castitatis de licentia alterius conjugis emissum, ad quid obliget: & num sic votanti liceat petere, ne reddat alteri matr. onerosum, vel ut in eo periculum incontinentie vitæ, 2. Quot sint difficultates disputanda, 3. An conjux datus licentiam suo conjugi votandi castitatem, possit ab eo debitum exigere, sique sibi petenti reddendum. Refertur quedam opinio, 4. Sententia Authoris, 5. Quid, si votum sit emissum cum prædicta licentia, priori bimestri ante matrimonii consummationem: vel postea conjux, qui non vovit, adulterium admittit, an qui vovit possit ei debitum reddere, 6. Quid, si unus conjux consentiat ut alter voveat omnimodam continentiam, quoad non petendum, & non reddendum: an is, qui vovit, tenetur reddere alteri petenti, postquam is vovens alteri remittere licentiam, & concedere jus ut petat, 7. An votum castitatis de licentia alterius conjugis emissum sit licitum, 8. Solvuntur argumenta, & explicatur cap. Charrissimus, de convers. conjug. n. 9. An conjugi de licentia alterius votanti castitatem tenetur, qui dedit licentiam, non tamen vovit, reddere debitum. Refertur quedam opinio, 10. Sententia Authoris n. 11. Et ibi, an priori bimestri ante matrimonii consummationem, vel si is, qui vovit, perpetret adulterium, vel si licentia fuerit ad omnimodam castitatem votendam liceat reddere, vel si jus sit renuntiatum. Solvuntur argumenta, 12.

Si de simplici religionis voto fermo sit, nil proflus ad ejus valorem conferat licentia alterius conjugis. Quia si ea præstetur ante matrimonium consummatum, abque ea licentia validum est, & obligat (ut diximus disp. præc. n. 10. 11.) & si ea non obstante consummatur matrimonium, perinde erit prima consummatio sacrilegia: deincepsque licebit petere, & reddere, ac si prædicta licentia minime intervenisset. Quia jam votum impleri non potest, nisi conjux alter efficiat, quæ juræ præscribitur ad eum ingressum: & ad illa non tenetur, qui licentiam dedit, cum ad ea non se obligarit. Si post matr. consummatum detur licentia: licentiam præstat, nisi uterque conjux decernat ad efficiere quod jure desideratur ad ingressum alterius in religionem. De qua relate dixi l. 7. in imped. ord. & voti solemniss. Atque ita ut ibi id non efficiatur, judicandum est de eo voto, sicut de emissio abque licentia diximus disp. præc. n. 10. usque ad 13. Similiter ad valorem voti ordinis sacri suscipiendi nil conferat ea licentia. Quoniam sive ante matr. consummatum, sive post, minime licet viro ordinem sacros suscipere, nisi servatis, quæ jus præscribit: de quibus actum est l. 7. in impedimento ordinis. Quare dum ea non præstantur, dicendum est de eo voto, sicut disp. præc. n. 14. & 15. & diximus de eodem voto abque licentia facto. Nec ad valorem voti abstinendi ab alio matr. in eodem conferat. Quia abque licentia est omnino validum, ut dixi disp. præc. n. 16. Consulto autem dixi, non conferat ad horum votorum valorem. Quia quoad potestatem ea irritandi multum conferat, intervenit nec ne licentia. Nam peccat moraliter conjux irritans de ea ejus licentia emissam, nisi adit legitima causa: & magna est controversia an teneat irritatio etiam cum causa, ut dicemus disp. 40. per totam.

Difficultas autem eo pertinet, ut explicetur quid conferat alterius conjugis licentia in voto simplici castitatis emittendo. Et quidem ultra obligationem quam parit abque ea licentia emissam: ad non petendum debitum. Quod tamen sub judice est, ubi abque licentia factum esset (ut vidimus disp. præc. a nu. 18.) Et præter hoc, licet quando sine licentia emissum est, debeat se votans aliquoties offerre alteri conjugi, ne matr. reddatur illi onerosum (ut dixi disp. 7. n. 1.) At concedens prædictam licentiam in hoc sibi præjudicat, ut non sit ab eo debitum potulandum ab prædictum gravamen (ut ibi probavi n. 2.) Utrum autem ob periculum incontinentie, dixi ea disp. 7. n. 5. Circa redditionis vero actum versatur punctus difficultatis. 3

Est autem duplex agitata questio. Prior, an conjux qui predictam licentiam concessit, possit debitum exigere...

Questio II. An conjux ex cujus licentia alter soluscastratem vovit, possit debitum exigere, & subinde alter reddere teneatur? Aliqui affirmant eum non posse petere...

Verius tamen est, id votum (nisi aliud specialetur) minime officere juri concedentis licentiam, sed eam intelligendam esse, ut vovens conjux se ex parte sua ad continentiam obliget...

Hinc infero, quamvis conjux, qui emiserat votum castitatis ante matr. peccet reddendo priori bimessri ante consummationem...

probavi n. prae.) licentia haec ad votum, deficiente eo ante ingressum religionis, non censetur concessa ad votum omnimodam castitatem, quod esset in praedictum eam concedentis...

Dubitas autem, quid dicendum sit, ubi alter conjux concessit expressam licentiam alteri voti omnimodam castitatem? Philare. de offic. Sacerd. t. 1. p. 2. l. 3. c. 4. §. Excipitur in conel. ait tunc non las esse conjugi, qui praedictam facultatem concessit, petere debitum...

Quia praemissa irratione, non manet voti obligatio, quod licitum utum impediatur. Si vero non prius irritet, at memor voti de licentia sua emittit, aut de illo admonitus ab altero, adhuc petat debitum...

quatenus est in favorem conjugis, jam ab ipso remittitur, & quatenus peccet remittens, quia acceptat in Dei obsequium...

8. Utrum autem liceat conjugi de licentia alterius, votum simplex castitatis emittere? dicam disp. seq. n. 16. & 17.

9. Ad arg. n. 4. proposita resp. Ad 1. die non cessasse non cessat ex dictis n. 5. Etique diversum in conjugante licentiam alteri, ut proficatur. Quia dat licentiam, ut tradat potestatem sui corporis, atque ita omnino cedit jure suo...

10. Quomodo. An conjugi qui de licentia alterius vovit castitatem, teneatur reddere alteri? Quia dicit mortaliter delinqueret, si reddat. Probant quidem, ex D. Aug. ep. 197. ad Eodetiam, & refertur, c. Quod Deo, 33. qu. 5. ibi. Quod se non esbortaret, nisi quia ubi ad ipsam confertur...

11. Sed probabilius est minime peccare, imo teneri sub culpa mortali reddere. Quoriam, quia votum non privit voventem jure netur qui non vovit reddere debitum conjugi voto affecto (ut probavimus disp. n. 7.) Nec etiam licentia concessa per alterum conjugem ad votandum: ea enim (ut n. 5. diximus) non derogat juri petendi, & reddendi quod habet conjux, qui non vovit; nec inducit pactum aliquod justitiae, per quod vovens abdicat a se jus justitiae, (ut diximus num. 9.) Sed tantum operatur ut conjux vovens ex virtute religionis obligetur Deo ad non petendum (ut n. 1. explicavimus). Ergo alter reddere teneatur. Ita docet Palud. q. 4. d. 32. q. 2. conel. n. 20. (sed alii innitunt fundamentum, quod non approbatur, sed disp. seq. illud confutabo, n. 17.) Peracr. 1. p. specul. art. 15. fin. §. append. ad eundem art. 15. ad fin. fol. 124. Enrig. lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 8. Bar. a. Led. dub. 20. de matrim. conel. 1. Manet. vt. sum. 2. d. d. c. 243. n. 14. Quod maxime verum est...

& ab altero renunciatio acceptetur, non poterit illi vovendi reddere debitum: nisi (ut explicui n. 7. sine) iterum concedat illi alter conjux, jus ad petendum.

Ad arg. n. 10. proposita resp. Ad 1. die D. Augusti, expresse loquitur, quando uterque conjux communi pacto vovit, Ad 2. negatur eam esse rationem. Sed quia petri tibi lex justitiae debetur. Ad confirm. die illum non adjuvare quo votum infringatur, nec id intendere: sed reddere debitum justitiae. Sicut reddens nummos proprios, volenti eis mercetricem conducere ad fornicandum, non cooperatur fornicationi. Ad 2. negatur antecedens. Quia non adest pactum aliquod, sicut dum uterque pari contentu vovet, Ad 4. dicitur vovendum nullum in renunciare, nisi in ordine ad Deum, cui soli per votum obligatur. Quod si ius justitiae in alterum renunciare, ab ipsoque acceptaretur, jam dixi n. praeced. in fine, non esse reddendum.

DISPUTATIO XXXVII.

Utrum vota per conjuges, sive mutuo consentia, sive seorsum emissa, castitatis, religionis, non inveniuntur matrimonium vel per votum, ordinis sacri suscipiendi vel religionis, uxorem autem castitatis: aut per affectum castitatis, peccatum vero religionis, licita sint, ac impediunt debiti petitionem, & redditionem?

SUMMARIUM.

Ad quid obligent haec vota seorsum ab utraque conjuge facta, n. 1.

An si uterque matrimonio inito vovit seorsum castitatem, possit reddere priori bimessri ante consummationem, vel altero adhibere ans, 2.

An censetur votum mutuo consensu factum, si uterque seorsum, independenter ab altero, habita tamen eius licentia vocat, 3.

An dum se independenter, at cum licentia alterius vovit uterque castitatem, possit se petere, & reddere, utrum priori bimessri ante matrimonii consummationem, vel si alter sit adulter, 4.

Quid, si sit votum religionis communi placito emissum, an peccet dabo petendo, & reddendo: etiam tempore votum, 5.

Quid, si votum sit non inveniendi matrimonii, communi assensu factum, 6.

Quid, si communi placito vir, vocat ordines suscipiendor, & uxor castitatem, 7.

Quid, ubi communi assensu alter religionem, & alter castitatem promittit, 8.

Quid, si uterque communi placito vovet continentiam, refertur opinio, 9.

Neuter potest tunc petere, qui reddere, 10.

Quid, si alter tunc fornicetur, 11.

An altero, aut utroque fornicante, possit Ecclesia eos ad cohabitandum cogere, Et enodatur c. Tui, c. 2. de jurjur. 12.

An conjuges possit utrumque simplex communi placito votum castitatis emissum, aut si non alter, etiam ad ordines promovatur sit, aut alter, seu uterque professus rem habuerit, peccet petende de se conjuges non essent, vel teneatur aperire se conjugis esse, 13.

An absolvatur a mutuo cohabitatione, & alii aliquid, voto castitatis communi placito emisso, ita ut liceat alteri ad religionem transire, 14.

An si hoc voto emisso, readmit iterum sibi conjuges mutuum corporum potestatem peccent, aut possint petere, & reddere, n. 15. Et ibi remittit an fas sit conjugibus id votum postulare?

An licet alteri conjugi de licentia alterius, vel uterque communi consensu, id castitatis votum in saeculo emittat, refertur opinio, n. 16.

Proponitur sententia Auctoris. Et enodatur cap. Tui, c. 2. de jurjur. Et c. si vir, Et uxor, 27. qu. 2. Et cap. Veniens, de regul. num. 17.

An pactum mutuum absque voto nec petendi, nec reddendi validum sit, Proponitur quedam opinio, n. 18.

Validum est, Et possunt ambo remittere, & reddere, 19.

Quid, si iuramento firmatur, Et quando iuramentum quod pietatem concernit, alteri praestitum, possit ab ipso remitti, n. 20. Et quid si alter aut uterque seorsum vovet castitatem, eodem num. 20.

Non tenetur alter reddere, 21.

Tenebitur si videat alterum periculo incontinentiae oscupium, n. 22. Et ibi, an semel vel iterum concurrentes in conjuges censentur pactum remittere?

Possit uterque petere per modum amicitiae, non tamen cogere, n. 23. Et ibi, quid, si alteri imminet incontinentie periculum, an possit cogere.

Solutum argum. num. 24. Et ibi, an sit remissio, & concessio iurum juri, dum conjuges possit mutuum castitatis votum petant debitum?

ET quidem quando non mutuo consentia, sed seorsum hic vota emissa sunt, abique alterius conjugis licentia, idem prius dicendum est, ac si alter conjux vovisset post matrimonium, abique alterius licentia. Ad id enim ad quod referuntur altero conjuge non vovente (de qua obligatione egi. tota disp. 35.) tenebitur.

tenebitur uterque. Quia uterque votum independenter & abfque alterius licentia: ac proinde utrumque votum fua licentia ab altero non efl abdicatio...

1. Imo licet, quando ante matrimonium, uterque conjux votum caflitatem, neuter poffit debitum priori bimeflri ante matrimonium confummatum reddere...

2. Nec exiftimo elfe mutuum confenfum, quando uterque feorlum votum de licentia alterius, independenter tamen alter ab altero, & non per modum reciproce conventionis...

3. Quando autem uterque conjux votum caflitatem poft matrimonium, habita prius licentia, ac non mutuo confenfu, fed feorlum, & alter independenter ab altero, fi licentia fuit abfoluta ad votandum, neutri licet debitum petere...

4. Si autem votum fit religionis communi confenfu ab utroque conjuge emiffum: fi ante matrimonium, confummationem contingat, videtur peccati confummatum prima vice, fieri fi alter folus tunc voti religionem...

fe a fe eod dominium, ac jus corporum. Quia fimplici promiffio religionis non efl abdicatio vius conjugalis, ut pote; qui voto minime adfuerit, fed efl promiffio afummandi ftatutum...

5. Si votum fit folus abftinenti ad alio matrimonium, in eodem confert licentia, nec fi emittitur ante vel poft matrimonium, communitatem...

6. Si autem communi confenfu vir votum promotionem ad 7 ordinem facrum, quomodo ftatum fufcipiendi confante tunc trinitatem: uxor vero continentiam, fi uxor non fit hexagenaria, ante fi epifcopatus fit, ut fpectata fit de incontinentia: neutrum votum obligat...

7. Quod fi communi plebito alter conjux caflitatis, alter vero religionis voto aftringatur: qui caflitatem votum habeat conditiones requiritas, ut eam folo voto caflitatis ipfius poffit alter religionem ingredi...

mando, five petat, five reddat. Quia fe impotentem efficit ad implendum votum. Eum vero, qui votum caflitatis emiffit, peccare, ftatueri videtur, quia, five petat, five reddat, cum utrumque tunc fit voluntarium, cooperatur peccato illius...

8. Pottiffima autem difficultas hic difputanda efl, quando uterque conjux communi voluntate caflitatem votum. Quidam ajunt neutrum poffe petere, ad utrumque teneri reddere. Primo, quia cum matr. daret, non efl amiffum dominium corporis...

tum, poffeque ab altero vocari, ac fubinde teneri alterum reddere. Quia id ftatutum efl in voto folemni propter incontinentiam periculum in altero conjuge: c. Claufi, de conjugal. conf. quod majus efl dum uterque votum fimplex caflitatis emiffit in faeculo...

Sed dicendum efl, neutrum fub culpa mortali poffe petere, 10 aut reddere. Primo, quia tunc uterque credit jure fuo, & liberat alterum a fervitute, & proinde neuter ratione matr. teneatur reddere: & rursus voto caflitatis obligatur continere, quodcumque fibi per matr. licuerit...

Quamvis autem alter ex his conjugibus poft mutuum illud caflitatis votum fornicetur, minime eximitur alter avoti proprii obligatione. Quia obligatio unius ab alterius obligatione pendet, non autem ab obfervantia voti alterius...

Difficultas tamen efl, an elfo altero fornicante, non eximitur alter a voto, nec fas fit petere conjuge refiftitionem, poffit Judex Ecclefiafticus ex officio compellere eos ad cohabitandum, quo incontinentiam confulat: In varias quidem fent. DD. divifi funt. Quidam enim affirmant ex iudicis officio compellendos elfe, per c. Ex litteris, de divortio...

riculo subveniendum esse. Quoniam dictum absurdum est peccatum a voti obligatione eximere.

13 Dubitabitur autem, num gravis delictum sit, post illud mutuum castitatis votum conjugum copulari, quam si alter ad solutum feminam solutumque virum accedat? Id enim affirmant gl. Ministri v. Propra. 81. d. 2. q. 1. ubi Hugo & Laur. Archid. c. 2. n. 1. gl. Ministri v. Propra. 81. d. 2. q. 1. ubi Hugo & Laur. Archid. c. 2. n. 1. Quam patitur, de filiis presb. Quia accedendo tunc ad proprium & ibi Henr. sup. de filiis presb. Quia accedendo tunc ad proprium conjugem, est sacrilegium duplici ex parte, ob mutuum votum. At Card. eodem c. Litteras, n. 2. oppof. 1. majus peccatum agnoscat in accessu ad solutam solutumque. Sed dicendum est, agnoscat in accessu ad solutam solutumque. Quia utrumque est prius delictum esse quodammodo gravius. Quia utrumque est sacrilegium, quodammodo etiam levius, licet uterque conjux sacrilegium sit. Quia est accessus inter veros conjuges, & ita non afficit fornicationis labe, nec adulterii, sed solius sacrilegii. At si simpliciter hoc delictum esse levius. Quia ex parte conjugis peccantis, jam est sacrilegium, accessus ad solutam solutumque: & insuper est adulterium, quod praeparerat sacrilegio quod in priori delicto reperitur ex parte alterius conjugis. Atque ideo existimo in confessione detegendum esse, fuisse accessum ad proprium conjugem contra mutuum votum, mutuumque professionem. Quod exprimat circumstantia aggravans sacrilegii duplici ex parte admitti: & minuens, & excusans a fornicatione, & adulterio.

14 Quamvis autem tali voto castitatis mutuo consensu emisso, abfolvantur conjuges a debiti conjugalis utriusque, tamen a mutua habitatione aliiye obsequis abfolvantur. Quia illa non pendet a debiti obligatione. Sic Anton. & Card. quos istum referat. Turrecr. c. Quod 33. q. 5. n. 2. quod etiam advertimus hoc q. lib. disp. 5. sine. At existimo non teneri in eodem lecto accubare. Tum propter magnum incontinentia periculum! Tum etiam, quia ea cohabitatio, ad solum debitum conjugale performandum desideratur. Quae obligatio hic cessat; imo & lectum separare tenentur, ubi probabile esset incontinentia periculum. Ex his deducitur, neutri conjugi licere in eo eventu ad religionem transire, altero invito, licet mansus in factu esse sexagenarius, ac non suspectus de incontinentia. Quia iuxta titulum de corp. conjug. ultra hoc, conjugis licentiam postulant; & ne debitis aliis obsequis se conjuges defraudent. Sic Innoc. cap. Dudum, n. 4. de corp. conjug. ubi Jo. And. n. 7. c. cap. 1. n. 2. eod. tit. ubi Anton. n. 6. c. d. d. Dudum, n. 18. Card. d. cap. 1. q. 3. c. d. d. Dudum q. 1. fin. c. ibi Anton. n. 12. c. n. 3. de voto in 6. Afferis iun. 2. p. lib. 8. tit. 10. art. 2. q. 8. Jo. de Friburgo iun. conf. lib. 1. tit. 8. q. 46. fin. Sotus 4. disp. 27. q. 1. art. 4. ad fin. vers. Quod si contra arguas.

15 Quod si post mutuum illud castitatis simplex votum, remittantur coniuges renunciationem illam juris petendi, ac reddendi, quam vovendo fecerant, iterum sibi conferentes exigendi potestatem, sacrilegii efficaiores voti erant: ac tenebatur remissio, & jam deinceps uterque tenebatur alteri reddere, tanquam ad pristinum servitutum redactus: petere tamen non poterit obtinere votum. Ratio est. Quia votum simplex castitatis non aufert corporis dominium, nec impedit valorem translationis in alium, ut constat, cum valide ad alterum tale votum matrum. inaur. Quod si opponas, hoc videri irritationem & peccat potest irritare id votum. Dic non esse proprie irritationem, & per se, sed quasi per accidens, & indirectam. Quia non obstante voto habet uterque proprii corporis dominium ad illud quamvis sacrilege transferendum. Utrum autem possint id votum irritare, ubi fuerint sibi renunciationem remiserunt, atque irritatione facta possunt petere, & reddere: dicam disp. 40. num. 22. Quare autem non fit renunciationis remissio, ubi conjuges illi petunt a se debitum, voluntque copulari, explicabo num. 24. in solut.

16 Sed utrum licitum sit tale votum simplex castitatis mutuo consensu emissum? Quidam negant. Ducuntur arg. 5. quod n. 9. proposui. Sic Palud. 4. d. 32. q. 2. art. 2. n. 120. limitans, nisi uterque conjux sexagenarius sit, ac de incontinentia minime suspectus. Supplem. Gabr. ibi q. un. art. 2. vers. Quid si uterque, post 7. concl. Et quidam antiquiores, teste gl. c. Tua, el. 2. v. Commorari, de iur. Potestque probari ex cap. Si vir, & uxor 27. q. 2. quod est Eugenius 2. in Syn. Rom. cap. 36. ubi: Si vir & uxor divertere pro sola religiosa inter se consenserint vitia, nullatenus sine Episcopi conscientia fiat. Et ex c. Tua, el. 2. de iur. c. cap. Veniens, de reg. ubi juramentum mutuum separandi matr. factum a conjugibus, appellatur temerarium, & minime servandum.

17 Verum id votum esse licitum, aperte testatur D. Augustin. episc. 199. ad Ecditiam, & refertur c. Quo Deo 33. q. 5. ubi, Tanto sanctius inter vos conjuges manebatis, quanto sanctiora ac concorditer placita servabatis. Idem D. Greg. lib. 9. episc. 39. ad Theoniam, & habetur cap. Sicut qui dicant 27. q. 2. ubi: Si vero utriusque conventio continentiam vitam docere, hoc qui audiat accusare? Et ratio est aperta. Nam nulli eo voto irrogatur injuria: conjuges enim cedunt jure juri. Et quamvis iure canonico non sufficiat hoc, ut alter possit ad ordines sacros transire, ad religionemque, ubi minus est mutuae copulae periculum: ad sufficient ad mutuum simplex castitatis votum. Disparitatis autem rationem assignant Hoff. Anton. c. 1. mol. quos n. 12. retuli. Quia si alter, vel uterque fornicatur, nullum superest remedium, ubi alterius, vel utriusque conjugis votum est solemne. At ubi est simplex, consultat illi periculo Ec-

clesia, cogens eos ad cohabitandum. Sed hoc reprobari eo n. 12. Ideo melius dic cum Soto 4. d. 27. q. 1. art. 4. ad fin. vers. Quod si contra arguas, rationem disparitatis esse. Quia ubi votum est simplex, periclitante continentia potest facile remedium adhiberi, obtinendo dispensationem. Secus ubi votum est solemne. Et ex hoc solvitur 5. illud argum. propositum n. 9. Nec obstant c. Si vir & uxor, nec c. Veniens & c. Tua, quae pro contraria sententia, ut praec. qua ad c. Si vir, respondent ibi gl. v. Conscientia, illam licentiam esse de consilio: vel textum loqui, ubi conjuges monasterium construere volunt, ad quod transeat. Ad cap. autem Tua, respondent ibi Innoc. n. un. Jo. And. n. 2. Anton. n. 2. Abbas n. 3. Alex. de Nevo num. 2. Imol. mit. Bell. m. ini. eos conjuges non amore continentiae servanda id jurasse, sed ex causa injusta, & passione. Atque eodem modo responderet gl. ad did. c. Veniens, v. Illicitum & dicit eodem pacto intelligi did. cap. Tua. Et ideo huius sententia sunt gl. eodem c. Veniens, v. Illicitum, & c. c. Tua, vers. Commorari: ubi Innoc. n. un. Hoff. n. 2. super vers. Commorari, Anton. n. 7. Bald. n. 3. Abbas n. 4. Alex. de Nevo n. 8. Imola n. 2. vers. in gl. 2. Henr. num. 4. Affen. 2. p. l. 8. t. 10. art. 2. quest. 8. Majoris 4. d. 32. q. 2. ad fin. Victoria iunior de matrum. num. 280. Sotus 4. d. 27. q. 1. art. 4. vers. at vero circa motum Petr. de Ledes. de matrum. q. 64. art. 4. d. 1. concl. 5. explicans live uterque conjux voluntate communi, live alter de licentia alterius id votum faciat. Et ita dicendum est id votum esse licitum de se: posse tamen intervenire culpam venialem imprudenter vovendi, ratione periculi incontinentiae, cui voventes ubi herant. Quare caute Sotus proxime citatus, dixit, ubi ambo incontinentiam non timent, posse eos id votum emittere.

Hactenus de mutui voti obligatione disertum est. Jam de obligatione mutui pacti absque voto disputandum occurrat. Dubitatur ergo, an mutuum pactum abstinendi omnino ab actu conjugali obliget? Hugo Card. 1. Cor. 7. in expos. moral. explicans illud, Nisi forte de consensu ad tempus, ait pactum non petendi validum esse, secus de pacto non reddendi, tale enim pactum, culpa non caret, nec servandum est.

Sed dicendum est pactum non petendi, nec reddendi, mutuum conjugum assensu initum, validum esse, posse tamen utrumque conjugem licite id pactum remittere, & ita petere & reddere: quare non peccabunt dum voluntate mutua conjunguntur. Prob. id pactum valere. Quia nulli irrogatur injuria, & sicut possunt conjuges se mutuo voto ad id ligare: cur non poterunt mutuo pacto? Prob. mutuo assensu posse ab eo pacto recedentes, iterum committere. Quia omnis res per quicumque causas nascitur, per easdem dissolvitur, c. 1. de reg. juris. Cum ergo mutuo consensu id conventum sit, nec Deo sit obligata ea contentia, (ut in voto contingit) poterit mutua voluntate id pactum dissolvi. Ita Nav. iun. cap. 12. n. 59. fin. Enrij. lib. 11. de matrum. cap. 15. n. 8. Lud. Lop. 1. p. instr. cap. 84. paulo post initium, c. cap. 46. Quando uterque, Manuel 1. iun. iunior n. 2. edic. cap. 243. n. 14. & licet Navar. loquatur, quando pactum est ad tempus. At bene ait Enriquez idem esse, ubi pactum est perpetuum. Quia eadem est ratio. Quando vero cenietur pactum remissionis petentibus conjugibus debitum, dicam n. 27.

Quid si juramento praedictum pactum firmitur sit. Sic distinguenendum est: Si juramentum sit solum factum in utriusque conjugis favorem, ut uterque liber maneat ab obligatione debiti conjugalis performandi, possunt ambo mutuo consensu illud remittere: secus si intuitu pietatis, ut continentiam ad Dei cultum observent. Quoniam in priori casu potest uterque favori suo renunciare: in posteriori autem est perinde ac votum communi placito emissum. De cuius obligatione diximus n. 10. & seq. Ubi autem dubia esset intentio, nequiret proprio consensu ab eo pacto recedere. Quia in dubio intentionis, natura materiae pietatem concernentis perit, ut praefatur intentu pietatis id effectum esse, est enim in possessione. Ita docent in similibus terminis, Sotus lib. 8. de just. q. 1. art. 9. ad 2. & Graffius 2. p. d. c. l. 2. n. 10. n. 25. Ubi tradunt, dum tempus pertinentem ad pietatem, & religionem, quis alteri jurjurando promittit, videndum esse non intuitu religionis fecerit, licet altero ad id inducente, & tunc alterum non posse remittere: secus si non intuitu religionis: sed gratia alteri complacendi: & in dubio praesumi priorem intentionem, propter materiae naturam. Sed infans, quid, si post praedictum pactum abique juramento, vel cum illo, non intuitu pietatis factu, sed gratia alteri complacendi, alter aut uterque conjux non mutuo consensu juret, aut vocat Deo castitatem: aut ante praedictum pactum simili voto, vel juramento obligatus erit Deo? Dicendum sic existimo: Si post pactum sit votum emissum, non potest licite remittere: quamvis si remittat, tenebitur factum. Quia cum jam castitas omnimoda abstinendo a petitione, & redditione sit licita, votum illud absolutum castitatis non opposita contraria intentione, intelligitur de plena ac perfecta: ac proinde non poterit licite conjux remittere illud pactum, quia remissione facta cogetur lege matr. reddere. Sicut conjux innocens voto castitatis ante matr. ligatus, non potest remittere injuriam conjugii adultero, nec cogitur contra votum ad debitum reddendum: ut si remittat, sacrilegus erit, tenebit tamen factum, (ut probavi disp. 6. n. 14.) Si autem votum emissum sit ante illud pactum, videndum est nunquam obliget ad non reddendum, quando per matrum. licuerit. Ut est votum casti-

gnorante, aut sciente, & contradicente, n. 5. c. ibi, quid, si proficitur.

Quid, si altero sciente, & consentiente, aut non contradicente, 6.

Quid, si consummato matrimonio alter legitime proficitur, aut alter o dines sacros suscipit, num proles postea habitata sit illegitima, aut irregularis, & enodatur, c. Litteris, de filiis presb. n. 7.

Solvuntur argumenta, 8.

In hac quaestione quidam universaliter tradunt prolem esse illegitimam, quando parentes committunt adversus mutuum castitatis votum. Ducuntur, quia non est amplius illud matrum. quoad actus conjugales: ac proinde reputatur idem, ac si a solutis proles concepta esset. Secundo, quia culpa parentum reddit quoad prolem illegitimam, ut constat ex c. fin. 8. si quis vero, de clandest. despon. ubi proles concepta ex parentibus ignorantibus impedimentum, si clam contraierant, censetur illegitima, ob parentum culpam clam incontinentiam matrum. quia culpa clausa, efficit legitima, ratione bonae fidei, c. Ex tenore, qui filii sint legit. Pro hac sententia refertur Innocent. c. Dudum, n. 4. de corp. conjug. Innocentius non est hujus sententiae, quia illud mutuum votum qualitercumque emissum a conjugatis dicit esse solemne, ac dirimens subsequentem matrimonium eo soluto: ac prolem inde habitam esse illegitimam. Atque ideo non loquitur de voto generaliter, sed quando est, solemne. Idemque profus ait Hoffen. eod. c. Dudum, n. 4. & quando votum emissum, tenet idem Barbof. rubric. ff. solut. matrum. 2. p. n. 7. Sed pro hac sententia videtur esse Jo. And. c. Dudum, n. 7. c. ibi Anton. n. 20. ubi relata opinione Innocentii dicitur id votum esse solemne, si loquor illegitimam, reprobat priorum partem, de posteriori nihil dicens: atque ita videtur approbare prolem esse illegitimam, quamvis votum illud mutuum sit simplex. Citatur etiam pro hac sententia Lud. Rom. sing. 521. ac clare videtur agere de voto solemni. Sed expresse hanc sententiam dicens votum illud esse simplex, ac prolem illegitimam, Anch. c. un. n. 3. de voto, in 6. c. Dudum, n. 12. Idem Abb. c. Christifimus, n. 7. de convers. conjug. & quod sentiat id votum esse simplex, constat quia addit a fortiori prolem esse illegitimam, si alter conjux sit professus, aut facris ordinibus initiatus. Idem Aug. Matrim. 3. imped. 5. nu. 5. & expresse credit votum esse simplex: quia addit prolem etiam esse illegitimam: si votum emissum sit a conjugibus ante matrum. & committatur: si votum emissum sit a conjugibus ante matrum. Et generaliter prolem esse illegitimam, conceptam post tale mutuum votum, docent Supplem. Gabr. 4. d. 32. quon. art. 2. post 7. concl. vers. Quid si uterque, Hier. Lentinus, tr. de foro conscientiae, c. contentio, n. 141. habetur tom. 3. tr. p. 3. Brunel. de spons. concl. 30. n. 14. Greg. Lop. dicens forte hoc esse verum, quando votum est perpetuum, secus si ad tempus, 17. Sin voluit, ad t. 2. p. 4. Quod cum eadem limitatione videtur aperte legi Paleotus de nobis, & spuris, c. 10. nam quamvis n. 4. dicens prolem esse illegitimam, loquitur de prole genita a viro in sacris constituto: at n. 6. excipiens quando votum non est perpetuum, clare significat idem se intelligere, quoties votum matrum est perpetuum, licet simplex: eo vel maxime, quod ratio cui innititur, nempe, illicitum omnino, & in perpetuum esse matr. usum, aequo procedit in hoc casu. Idem tenent loquentes generaliter de illo voto mutuo, dicentesque prolem esse spuriam, Sotus de voto q. 3. n. 63. Manuel 2. iun. c. 90. n. 6. Vega 2. iun. c. 129. conj. 63. Et hi duo subeunt prolem illam esse spuriam, etiam quoad successione in parentum hereditate.

Alii autem non ita universaliter loquuntur, sed dicunt, prolem esse illegitimam, quando habita est a conjugatis, viro jam ad sacros ordines promotio. Ducuntur, quia Lucius Pontifex c. Ministri, disp. 81. dicit luuc invadere cubile uxoris: ac proinde videtur esse idem, ac si esset conceptus inter solutos. Secundo, per c. Litteras, de filiis presb. ibi: Intelleximus quod Henr. in sacerdotio genitus, de uxore legitima natus, & conceptus, affectavit a puertia ministrare Domino in offi. clericali: verum licet a puertia paterna incontinentia modis omnibus propellenda noscatur, si tamen alter dignus inventus fuerit, permitimus ipsum ordinari in clericum, & ad Ecclesiasticum promoveri beneficium. Si prolo abque dispensatione promoveri ad ordines nequit, ea prole illegitima erit. Ideo hanc sententiam sustinet gl. c. Ministri, 81. de v. propriis, & ibi Hugo, & Laurentius, Archid. ibi fin. c. Tu. c. 2. nu. 1. vers. Quam patitur, de filiis presb. in 6. ubi c. Dominic. n. 8. Goffr. sum. tit. de filiis p. b. n. 7. Hoff. sum. eod. tit. c. Qui filii, n. 5. Alber. in suo dial. vers. 1. o. Illegitimus nati, vers. Quid si aliquis cleric. Anch. c. Litteras, notab. 1. de filiis presb. & ibi Henr. in fin. Alex. de Nevo c. Tua, el. 2. n. 9. de iurejur. D. Anton. 3. p. t. 28. c. 4. n. 2. ad fin. Rosella v. Illegitimus, nu. 10. ubi Sylv. qu. 4. Arnil. fin. Emig. l. 11. de matr. c. 20. nu. 1. fin. Et alios non praeced. retuli, quos dixi loqui in hoc casu: & alios idem sentientes, quando votum utriusque est solemne, Atque cum uterque conjux est jam professus, prolem esse spuriam, docent etiam Rebuff. praxi benef. tit. de dispens. super defectu nat. nu. 30. Berth. in suo repet. lit. F. v. Filius bastardus, vers. Filii ex marito. Temperant tamen Arch. d. c. Ministri fin. Hoff. Alber. Henr.

castitatis ante matrimonium emissa: vel post matr. factum de licentia alterius conjugis cum piena facultate vovendi totalem continentiam. Et tunc idem dicendum est, propter eandem rationem. Si vero votum illud tantum obligabat ad non petendum, quale est post matr. factum, illudque consummatum, praedicta plena facultate, vel ante consummatum, non tamen animo ingrediendi religionem: ut dixi disp. praeced. num. 6. & disp. 35. num. 23. & 28. tunc poterit conjux remittere illud pactum. Quia votum illud non obligat ad non reddendum, etiam quando per matrum. licuerit: & proinde voti prioris obligatio ad non petendum.

21 Si vero alter conjux noluit remittere pactum, sed illi stare, non tenetur reddere debitum, nec alter potest eum cogere. Quia per pactum jam acquisivit, ut liber sit ab ea obligatione: & ita videtur significare DD. n. 19. citati, dum dicitur posse mutuo consensu utriusque conjugum. Invenitur enim pacti remissio. Et tenet expresse Abulen. c. 22. Gen. q. 3. lit. c. ubi dicit a principio conventionis verum esse initium matrum. inter Jacob, & Rachel, peccatum tamen mortaliter sit ad eam accedens septennio nondum transacto. Quia pacto ad id se obligaverat. Nec ipsam, ait, teneri tunc ad reddendum.

22 Excipiendus est unicus casus, in quo teneretur reddere: nimirum, si videat alterum ponere pacti initi, adeoque ad veneream propendam esse, ut negato sibi debito, probabiliter fore existimetur, ut in incontinentiam labatur. Sic Nav. sum. c. 12. n. 59. & quamvis dicat tunc debere: quod potest intelligi de debito deestante vel praesenti: ac intelligit de praesenti debito, quia refert pro se Hagunem dicens teneri. Hec tamen obligatio non est ex iustitia lege, sed ex charitate, ad subveniendum periculo ruinae conjugis. Nec credo ex eo quod semel vel iterum hi conjuges copulerent, censeri eos sibi ipsis pactum absolute remittere, sed pro illa vice. Secus, quando continuo accubarent in eodem lecto se committentes. Tunc enim apertum esset remissionis signum.

23 Ex dictis deducitur posse utrumque conjugem petere per modum amicitiae, non tamen exigere. Constat prior pars, quia conjux, a quo debitum petitur, potest pactum remittere, & reddere, ac subinde potest ab ipso peti per amicitiae modum, ut id efficiat. Constat etiam posterior. Quia alter non tenetur reddere (ut dixi n. 21.) ergo non potest ab ipso exigere, quod coactionem importat. Credotamen in casu exposito non praeced. posse exigere, quia alter conjux ad id tunc tenetur.

24 Ad arg. n. 9. proposita responderetur. Ad 1. dic simpliciter nullum conjugem liberum a servitute effici, nec jus renuntiar. sed tantum secundum quid, & ita si copulerent, non erit adulterium nec fornicatio, sed sacrilegium, & si alteri copulerent, erant adulteri conjuges illi. Et tamen renuntiatio facta est, ut neutri liceat petere, aut reddere. Ad confirm. dic, si petat per modum amicitiae, solum sacrilegium reum illum esse, secus si exigat cogens, quia adversatur pacto a se inito. At nec in priori casu potest alter reddere. Quoniam conjux petens licet ratione matrum. retineat jus radicale justitiae, ac quoad usum illi renuntiare per pactum, nec potest alter pactum remittere. Quia ratione proprii voti astringitur ad non reddendum, quoties licite potest non reddere. Ad 2. dic, multum interesse. Quoniam ratione matr. perdurantis, non erunt rei fornicationis, si copulerent: & erunt adulteri, si alium concubitem procurerent, nec possunt valide iniire matrum. Ad 3. neganda est consequ. Quia quando uterque conjux mutuo consensu vovet continentiam, tunc vel uterque, & potest omnino se obligare ad simpliciter continentiam, abstinendo a petitione, & redditione, & cum ad hoc desideratur mutua renuntiatio, includitur virtute in tali voluntate. At vero quando unus solus vovet de licentia alterius, tunc qui vovit non intendit se obligare ad simpliciter continentiam, cum nequeat se ad non reddendum astringere, nec qui concessit facultatem, intendit se obligare ad non petendum: Atque ideo in tali actu non includitur virtute renuntiatio juris. Ad 4. neganda est minor. Quia multo gravius peccatum esset, remittere imposterum illud pactum, quam semel illicito copulari. Sicut gravius scelus est voto castitatis aliterum iniure matrum. quam semel in inito matrimonio petere debitum. Quod si velis esse remissionem pacti pro illa vice: sicut probat simile in argumento adductum, id fatebor: verum remittere pactum pro illa vice, idem peccatum est contra votum, ac petere debitum abque ea remissione. Ad 5. constat ex dictis n. 17. ubi disparitatem posui.

DISPUTATIO XXXVIII.

Utrum proles habitata a conjugatis, qui sacrilege contra mutuum castitatis votum, aut mutuum alterius proficitur, aut ordinem sacrum committentur, sit legitima?

SUMMARIUM.

Refertur duplex sententia, n. 1. & 2.

Proles habitata ex conjugibus simpliciter castitatis voto ligatis, mutuo consensu, non est illegitima, nec irregularis, 3.

Quid de prole habitata a conjugibus, quorum alter ante consummationem matrimonii ordinem sacrum suscipit, aut alter, vel uterque professus fuit, 4.

Quid, si consummato matrimonio alter ordinem suscipiat altero Thome Sanchez de Matrum. Tom. III.